



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quomodo spiritus promptus, caro infirma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

qui & Filius Dei, semper erat Dominus & Deus, neq. post crucem factus est Dominus & Christus, sed ut prae dixi humanitate eius diuinitas fecit Dominum & Christum. Quum igitur dicit. Pater si possibile est, transeat a me calix iste, verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua: Spiritus enim promptus caro infirma est: duas voluntates tibi ostendit: alteram humanam, quae est carnis, alteram diuinam. Siquidem diuina natura prompta est, humana vero ob imbecillitatem deprecatur passionem.

§. 3. Idem Arianos confutat orat. 4. contra eos: Illi enim Deum esse negabāt. Sed illi rursus deorsumq. circūcurritantes & quasi inde Heresin suam constituere possint. Ecce inquit lacrymatus est, dixitq. Spiritum suum turbatum esse deprecatusq. est, ut calix transiret: quomodo igitur is, qui ista locutus est Deus fuerit: aut verbū Patris. Quib. ille respondet. Scripta sunt ista quidem, quod steterit, & Dei perduelles, & quod turbatus fuerit, dixeritq. Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? &c. Transeat a me calix iste. Scripta inquam sunt ista, quis negat? Sed ego vellem vicissim & vos respondere: nam singula vestra elidenda sunt. si homo merus est, qui ista loquitur: lacrymetur & horreat mortem, ut homo: si autem verbum est in carne (nam eadem dicere non debemus grauari,) qui potuit Deus timere: aut vnde mortem timeret, quum ipse vita esset, & hocq. morte liberaret: aut qua ratione dicere posset, ne timeatis eos qui corpus occidunt, si ipse timebat: aut quomodo cum Abraham colloquium conferens ita locutus est: Noli timere, quia ego tecum sum. Moysesq. audacia corroborans contra Pharaonem, aut verba faciens cum Iesu Naue, ausus est dicere, Fortificare & vir esto: cum ipse expauerit Herodem & Pilatum & cū alijs opitulatorem se praebuisset ne metum conciperet: Dominus enim inquit adiutor meus, non timebo quid mihi faciat homo? si ipse, qui Dominus est mortaliū, mortales praesides expauerit? & vadens contra mortem, mortem exhorruerit? Qui (Quaeso) non absurdum impiumq. hunc dicere mortem aut infernum exhorruisse, ad cuius conspectum ianitores inferorum, metu se contraxerunt: Quod si pro vestra opinione expauerit verbum: cur quum multo ante denunciaret sibi à Iudeis insidias fieri, non mature in fugam sese abripuit? Sed contra, quum ad mortem quareretur, semetipsum voce indicauit. Ego sum inquit: poterat enim non mori. Vt ipse professus est cum diceret, Habeo potestatem deponendi animam meam, & habeo potestatem resumendi eam, & nullus eam auferet a me. Verum ista quae exprobratis non propria sunt naturae verbi, in quantum verbum est, sed eatenus eius sunt, quatenus verbum in carne erat, quae istiusmodi affectus patiebatur, & Christi perduelles ingratiq. Iudei. Quippe cum ista referantur acta non ante carnem sumptam, sed tum denique cum verbum iam caro factum esset, & homo iam existeret. Tum demum inquam scriptum est eum ista humanitus dixisse, quamuis interim & Lazarum à mortuis excitauit, & ex aqua vini fecerit & cæco à natura visum restituerit.

Caluini
Ariani.

Plane eodem modo, quo nūc Caluiniani, ita olim Ariani contra Christū disputabant. Illi Deum ex proposito negabant, nostri sectarii dum hominē errantē, & moderationis expertem fingūt, etiam Deum negare coguntur. atq. ita in Arianismū reuoluuntur. Fieri enim non potest, quin si humanitas corrigenda committat, quin in Deum defectus conferatur. Omnes enim actiones Christi Domini, cum sit persona diuina, dignitatem ab ea sortiuntur, ut malae esse non possint. Sunt autē actiones ut aiunt suppositoriū, seu τὰς ἐκτετακέναι, ut Græci dicunt. Si igitur Christus castiganda, corrigenda, reuocanda, immoderata vel agit vel dicit: Deus seu persona diuina ista agere, vel dicere cēsetur. Hinc etiam docent Theologi, ne absoluta quidem Dei potentia esse posse in Christo peccatum. Idq. tam de habituali, quam actuali peccato verum esse. Sequeretur enim consequentia firma, Deum fore peccatorem. Naturam igitur, q̄ diuina hypostasis ad vniōnē personae assumptae, necessario gratia auxilioq. gubernat, ut omnia acta & dicta grata sint, & peccare nō possit. Qui igitur Christo motus & impetus tribuit, in quib. placida moderatio nō sit, eadem ille operā vniōnem

hypostaticam & incarnationis & conomiam distulit. Ex eadē itaq. pharetra sunt tela Arianorum, & Caluinianorum: Ariani exclamant; Expauit, timuit, non ego Deus. Caluini; Elocutus est corrigenda. Oblitus est decreti Dei. Officium detre & cū, ex quo sequitur, ergo Deus. Arianos refutat Athanasius orat. 4. contra eos dē. De eo porro quod dixit, Si possibile est, transeat a me calix iste. Disce eum q̄ ista loquitur ante Petro inuocasse, ut diceret eum ea non sapere quae Dei, sed quae hominū essent. In ratiō erat hoc ipsum quod deprecabatur, ut qui eius rei gratia venerat. Caterum, ut eius erat id velle, qui ea de causa venerat, ita carnis erat expauescere, ac proinde vt homo hāc vocem edidit, vtrumq. tamē ab eo dicebatur, vt ostenderet se Deum esse, quatenus mortem volebat: hominem a. quatenus carnem gestaret metu concitāt. propter quā attemperauerat suam voluntatem humana infirmitati, vt metu mortis abolito audacem redderet hominem aduersus mortem. Ecce tibi rem plane admirabilem: quem enim veluti per pauiorem loqui existimēt Christi perduelles, ille alios homines incōsuetū aliqui pauiore interitus reddidit. Certe Beati Apostoli postea istinc animati, ita mortem contempserunt, vt non curarint Iudices, à quibus damnabatur, sed obediendum esse potius Deo quam hominibus. Alij q̄ Martyres ea fiducia audaciq. fuere, vt crederent sese potius al vitam transire, quam mortem sustinere. Qui (Quaeso) non absurdum fuerit famulos verbi de fortitudine admirationi esse. Verbo autem ipsi timiditatem ascribere, cuius vi & opitatio mortem vili penderunt. Caterum ex sanctorum Martyrum interantissimū proposito & fortitudinē ostenditur. Deum enim fuisse in timore sed nostrum illum fuisse timorem, quem Iesus Saluator. Vt enim morte mortem abrogauit, & humanitatem humanitatis solito pauore nostram ademit, itaq. effecit, ne homines mortem timerent. Ista igitur simul & dixit & egit, quia humana erant, ut hanc vocem ederet. Transeat a me calix iste, & cur me dereliquisti? Sed tamen diuinitas illi solis deliquium induxit, & mortuos excitauit. Rursus humanitus inquit, nunc anima mea turbata est: illud autem diuinitus dixit. Potestatem habeo vt ponam animam meam, & potestatem habeo. Vt sumam illam:

Hæc Athanasius, nō vt ostendat, nō fuisse in Christo tristitiam, & timorem. Sed vt probet, non infirmo, & inuito, ab aliquo potentiore malo fuisse in cūsum. Plane eodem tendit argumētum Caluini. Nec potest negari consequentia, ut facit Athanasius. Non dicendum est, Deum correxisse, reuocasse, castigasse, quæ subito exciderunt, sicut dicimus per idiomatum communicationē, Deum mortuum esse, passum esse.

§. 4. Athanasius loco citato & Tert. contra Marcionem multis offendere conatur, hominem, non deitatem esse passum, tum enim iam ceperant germina Theopaschitarum. Vide etiam Epiph. contra Arianos. & Bellar. l. 4. c. 8. & c. 5.

VERSUS 41.

Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem, Spiritus quidem promptus caro autem infirma.

QUESTIO I.

Quomodo Spiritus promptus, caro infirma? §. 1. Post orationē redit ad discipulos, & inuenit eos dormientes, Græcè ἐπελάει, & ἐκοιμήθη, in præteritū vtrumq. Petri præcipue appellat, qui animosē respondet. Vigilantiae eos admonet, ne intrent in tentationē, ne absorbeantur a tentatione ut peccent. Recte Amb. de parad. c. 4. Nullū nisi qui vigilaret, sic curū esse debere demonstrat. Porro spiritum promptū, carnem infirmam esse admonet. Duæ a. interpretationes adferuntur. Amb. in c. 8. Rom. Vt in Spiritu Deum, in carne vero hominem significat, eodem modo ante interpretatus est Athanasius. Syrus pro carne dixit τὸ σῶμα, pagina, corpus.

Hilarius in Matt. Tertull. l. 7. ad uxorem c. 2. de carne Christi, Apostolorum sententiam, & nostram interpretantur. Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis adulationem impensius. Legimus tamen & Spiritum firmum. Nam in rursus virum, positum est. Caro terrena materia est, Spiritus vero celestis. Cur ergo ad excusationem proniores, quæ in nobis infirmæ sunt, opponimus: quæ vero fortiora non tuemur? Cur celestibus terrena non cedant? Si Spiritus carne fortior, quæ & generosior, nostra culpa infirmiora sectamur.

Visi spiritum promptum bene interpretatur firmum, ut opponat carni infirmæ, sed tamen Apostolorum magis promptus, quam firmus Spiritus fuit. Idem tamen Tertull. de fuga in persecutione c. 8. de Christo interpretatur. Professus itaq; se concupiscentia concupisse edere pacis, vi suum (indignum enim, ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem & distributum discipulis corpus suum illi fecit, hoc est corpus meum dicendo, i. e. figura corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Cæterum vacuaret, quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propriam panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat veritatem, propriam debuit tradere pro nobis.

Angeli sunt præcipue interpretationes, posteriori præfero, quia de Apostolis loquitur. Nam qui de Spiritu improborum & carne, vel de Satana sermonem esse in mystice interpretantur. Ideo enim vigilas requirit, quia caro infirma est. Prosper. l. 2. de vocat. gent. c. 9. Visi de vigilando, non etiam orando Apostolos admonuit, sed arbitrii liberi vires videretur hortatus, sed cum adiu. & orantes, satis docet superni futurum muneri, ut etiam vigilantes, tentationis procella non vinceret. Tandem cum morte & somno gratiati iterum veniens eos excitauit, Marc. 4. 40. non tamen redarguit parcens veredundia, & imbecillitati. Donec Iuda appropinquante cum illis obuiam vadit.

VERSUS 47. 48. & 49.

Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit illis signum, dicens: Quemcumq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

QUESTIO I.

Quomodo captus fuerit Dominus?

Adhuc eo loquente, venit Iudas, cui Syrus semper proditoris Epitheton adiungit, vnus de duodecim proditor Domini sui: deinde testis eius innocentia. Turbam accepit de senis principum, & Tribunum eum cohorte, de forti presidio erat pronisum, ubi fieret tumultus sub moueri populus posset. Fustes sed non dubium fustes maxime contra inermes vsurpatores, & noctu. Ex Luca constat principes sacerdotum, magistratus templi, & seniores simul egredientes, quod magni odii, & sollicitudinis est signum.

Iudas osculo tradidit, non enim notus erat Romanis, patet etiam aliis, nox erat, & timebant, ne arte se subduceret. Non videtur ex consuetudine osculatus, cum paulo ante digressus esset, sed quasi malo reperiato attonitus, hoc symbolo constantiam amoris

representare voluisse. Ave Rabbi: Syrus שם רבי Schelam Rabbi. Pax magister mi. Verbis pacem, re hostem trahit. Symbolum omnium in Ecclesia, qui plus dolo malo, quàm hostes professi nocent. Respondet Dominus: amice ad quid venisti? Exprobratio facinoris est. Et addidit. Iuda osculo filium hominis tradidit? Interim hoc Christus signum iterum reddidit: obuiam enim progressus quaesivit: quem quaeritis? ut est apud Ioannem. Post osculū id contigisse apparet; nam Iudas stabat cū illis. Iam enim cum videret Christum omnia nosse, aperte se hostibus iungit. Discipuli fugerunt, nec enim erant ad martyrium dispositi, Rup. 15. in Ioan.

VERSUS 51. & 52.

Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extēdens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum, omnes enim, qui acceperint gladium gladio peribunt.

QUESTIO I.

An Petrus vsu gladij peccarit?

S. 1. **V**ariae sunt de facto Petri sententiae. Multi illū grauius accusant. Alii culpam extenuant. Nonnulli penitus excusant, ac defendunt. Rationes in omnem partem se offerunt. Christus vero Petrum iubet gladium cōuerrere in locum suum. Causa addita: Omnes enim qui gladium acceperint, gladio peribunt. *Σοφία τῶν μαθητῶν*, quædā exemplaria *σοφία τῶν μαθητῶν* morientur. Gladium hic Syrus vocat ספחה saphtha, nonnulli spatham putant, quæ tamen per *U. T.* non *Th.* scribitur. Deinde dubia est lectio, nam v. 72. dicitur ספירה Saphira. & postea ספיה Sipa. Gladij fuerūt duo in familia Domini. Luc. 22. 26. D. Chrysost. Propter carnem, & agnum *Cur gladios habuerunt.* mactandum fuisse existimat. Alii in comitatu Christi fuisse semper aliquos enses, ad aliquam sui defensionem, bestias abigendas. Mihi Christus ad exemplum suorum videtur gladios suis permisisse, ne illis auxiliis in perpetuum clericos spoliatos esse putaremus. Petrum enim gladio accinctum & in itinere, & in secessu secum habuit, ut minus mirentur heretici, dum clericos vel ense accinctos, vel armatis comitatos aspiciunt.

S. 2. Petri error in eo versari putatur, quod priuata auctoritate contra magistratū arma mouit. Hoc enim Christus indicare videtur, dū ait, qui acceperint gladium, priuata vindicta, gladio peribunt. Perituri dicuntur, qui interitum sunt meriti. Nō enim licuit priuato contra magistratū etiam innocentem descēdere. Atq; hæc præcipue Petro aduersantur. Alii stultissimè egisse Petrum asserunt, qui temerè tantam turbā in se suosq; cōcitauit. Verum animos dabat præsentia Christi, deinde amor euentus non semper prospicit. Animos dabat etiam casus hostium, quos vna voce prostratos vidēbat, & sonitus super arma dedisse. Hier. in Matth. 14. Petrum ait errare in sensu, non tamen in affectu.

Contra Petrum igitur sunt illæ rationes. Christus iubet recondere gladium; nam qui acceperint, peribunt, h. e. digni sunt qui pereant, non enim de facto, sed de iure Christus loquitur. Non enim iniusti gladiorum vsurpatores omnes gladio pereunt. Augustin. *Cur Petri factū damnetur.* l. 2. contra Faustum c. 70.

Ratio illa fundamentum est eorum, qui Petri factū condemnant. Mihi tamen in promptu est solutio. Videlicet Christum non indicare Petro eum peccasse. Sed

115 Gm
113
angelia

Cur gladios habuerunt.

Cur animos Petri.

Cur Petri factū damnetur.